

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3063

**Auteur(s)** : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1171

**Lieu d'émission** : Argentan

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Charte de Henri II, datée d'Argentan, donnant et confirmant à l'Abbaye de Saint-Sauveur divers privilèges et diverses possessions.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCVII, t. 1, p. 454-456.

b. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 173, p. 252-253.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 984.

Texte établi d'après b

Henricus Rex Anglorum, Dux Normannorum et Aquitanorum et Comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, vicecomitibus, baronibus et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me dedisse et concessisse Deo et abbacie Sancti Salvatoris de Constantino et monachis ibidem Deo servientibus omnem quietantiam pro anima Gaufridi patris mei atque Henrici avi mei de omnibus rebus et de werech et maxime apud Hantoniam de pontagio et rebus propriis ejusdem ecclesie ubique per totam terram meam in portibus maris et in omnibus mercatis meis et nundinis et civitatibus villis et castellis et similiter de eis pasnagium suum de propriis suis in omnibus hais et nemoribus meis ; hanc quietantiam eis concessi de propriis suis in theloneis et in omnibus aliis consuetudinibus mihi pertinentibus. Iterum de et concedo monachis apud Sanctum [Petrum] de Lutumeria Deo servientibus ut habeant perpetualiter in elemosina de ipsis hais ligna ad monasterium et domos suas tenendas et pasnagium suum et omnes quietudines suas quietas omnium possessionum suarum. [Iterum sciatis me dedisse, concessisse et confirmasse in antea sicut de, concedo et confirmo in presentiarum eidem abbacie omnes donationes quas fecit Eudo vicecomes ecclesiam videlicet Sancti Germani de Tournebut et decimam totius parrochie cum uno vavassore. Concedo et confirmo donum Willelmi Suen quod ex suo impendit terram videlicet suam juxta Bruis et terram quam habebat in parrochia Sancti Johannis de Quercubus in insula Jersoi. Iterum de, concedo et confirmo predictae abbacie ecclesias de Bruis et totam terram de Castello que est ab ecclesia usque ad caput nemoris

et ecclesiam Sancti Martini Le Greard et ecclesiam Sancti Christofori cum omnibus terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus et ecclesiam de Couvilla cum omnibus decimis veteribus et novalibus seu novalium decimis. Similiter do et eidem abbacie confirmo sicut dedi antea et confirmavi omnia dona que intuitu misericordie fecit predicte abbacie Algarus episcopus. Dona autem predicti Algari hec sunt : in parrochia de Direch donavit ecclesiam et decimas veteres et noales. Iterum donavit ecclesias de Podiis, de Treavilla, de Grouvilla, de Briquebosc, de Hennevilla, de Tournebut, de Levilla, de Sancto Herblando, de Alvers, de Goio, de Sancto Remigio, de Sancto Johanne de Silva, de Sancto Broelario, de Sancto Clemente, de Columba, de Sancto Johanne de Sancto Salvatore cum omnibus decimis veteribus et novalibus et omnibus ad eas pertinentibus. Has omnes donationes ego Henricus Rex do et concedo predicte abbacie Sancti Salvatoris de Constantino pro anima patris mei Gaufridi et Regis Henrici avi mei. Testibus Richardo de Hommet, Willelmo Hamonis filio, Jordano Tasson et multis aliis. Hec charta facta apud Argentonium anno Domini millesimo centesimo septuagesimo].